

uerborum copia affatim suppetere atque
 abunde occurrere uidebitur. At uo ubi
 forte commoda et apta uerba aliquando
 defecerint permixtum confuseq; tractabi-
 mus. Vniuersum hoc totius citerioris si-
 cilie regnum ut interdum declarandi gra-
 tia trita uulgatisq; nominibus disseramus:
 in sex magnas celebratas famosasq; prouin-
 cias diuisum ac distinctum apud idoneos et
 priscos auctores fuisse legimus. quarum no-
 mina antiquitus huiusmodi ferebantur.
 Calabria. Apulia. Abrutia. Samnium. Luca-
 nia. Campania. quanq̃ a nonnullis nouel-
 lis modernisq; scriptoribus phunc modū
 in septem prouincias uidelicet Samnium.
 Campaniam. Apuliam. Lucaniam. Salenti-
 nos et calabros atq; Brutios distinctum
 ac partitum compererimus. Sed licet hoc
 predictum sicilie regnum abolitis plerisq;
 ueteribus nuncupationibus uulgo alias
 diuisiones appellationesq; susceperit. nos
 tamen priscorum historicorum eruditil-

Regnum Sicilie.

Calabria.
 Apulia.
 Abrutia.
 Samnium.
 Lucania.
 Campania.